

ter genia alienijus apud eos qui è Germanis originem referunt.

VERS. 29. — GESTA AUTEM DAVID PRIORA, ET NOVISSIMA, SCRIPTA SUNT IN LIBRO SAMUELS, ET NATHAN... ATQUE GAD. Tres hi sub Davide vixerunt, scriptisque mandarunt res gestas ab eo, tum privatam adhuc conditionem agente, uti certamen cum Goliath, et alia quæ sub Saule præstitit; tum ea quæ regno potius egit. Horum prophetarum libri quidem interierunt, sed ex iis fontibus hausta sunt omnia quæ legitur in geminis prioribus libris Regum, in Hebreo inscriptis nomine Samuelis, quamvis aliquibus ante initum à Davide regnum annis Samuel obierit. È scriptis igitur Samuelis didicerunt posterius res gestas Davidis, usque ad novissimum bellum Philistæorum adversus Saulem. Inde ad usque obitum Davidis prosecuti sunt faciliè Nathan et Gad, qui ambo apud Davidem degentes,

quæ scripserunt, omnia plenè nôrant. Gad, 2 Reg. 21, 11, appellatur videns David; Nathan familiaris erat ejusdem principis, atque in partem curarum ejus ætatis venerat.

VERS. 30. — TEMPORUM, QUÆ TRANSIERUNT SUB EO, SIVE IN ISRAEL, SIVE IN CUNCTIS REGNIS TERRARUM. Hi propheta: non ita res Israelis narrare aggressi sunt, ut nunquam ad negotia finitimorum regnorum excurrerent, cum præsertim rebus Israeliticis affine aliquid haberent. Syrus et Arabs reddunt: *Quæ contigerunt tum Israeli, tum omnibus regnis terræ suæ, vel inter reges stirpis suæ.* Quæ adduntur hic: *Quæ transierunt sub eo*, ab interpretibus plurimis exponuntur de adverse fortuna casibus, quos regnum ejus pertulit, uti malis domesticis familia, defectione Absalomi, bellis quæ sustinuit, et hæc miserè Israelæm sub ejus regni exitum populatâ.

## IN LIBRUM II. PARALIPOMENON COMMENTARIUM.

### CAPUT PRIMUM.

1. Confortatus est ergo Salomon filius David in regno suo, et Dominus Deus ejus erat cum eo, et magnificavit eum in excelsum.

2. Præcepitque Salomon universo Israeli, tribunis, et centurionibus, et ducibus, et iudicibus omnis Israel, et principibus familiarium:

3. Et abiit cum universâ multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine.

4. Arcam autem Dei adduxerat David de Cariathiarim, in locum quem præparaverat ei, et ubi fixerat illi tabernaculum, hoc est, in Jerusalem.

5. Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beseleel filius Uri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini; quod et requisivit Salomon, et omnis ecclesia.

### CHAPITRE PREMIER.

1. Salomon, fils de David, fut donc affermi en son règne. Et le Seigneur son Dieu était avec lui, et il l'éleva à un très-haut degré de puissance.

2. Et Salomon donna ses ordres à tout Israël, aux tribuns, aux capitaines, et aux officiers, aux magistrats de tout Israël et aux chefs des familles.

3. Et il s'en alla avec toute la multitude au haut lieu de Gabaon, où était le tabernacle de l'alliance de Dieu, que Moïse, serviteur de Dieu, avait dressé dans le désert.

4. Or, David avait déjà amené l'arche de Dieu, de Cariathiarim, au lieu qu'il lui avait préparé, et où il lui avait dressé un tabernacle, c'est-à-dire à Jérusalem.

5. L'autel d'airain qu'avait fait Béséléel, fils d'Uri, fils de Hur, était là devant le tabernacle du Seigneur; et Salomon, accompagné de toute l'assemblée, alla le visiter.

6. Ascenditque Salomon ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, et obtulit in eo mille hostias.

7. Ecce autem in ipsâ nocte apparuit ei Deus, dicens: Postula quod vis ut dem tibi.

8. Dixitque Salomon Deo: Tu fecisti cum David patre meo misericordiam magnam, et constituisti me regem pro eo.

9. Nunc ergo, Domine Deus, impleatur sermo tuus, quem pollicitus es David patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multum, qui tam innumerebilis est, quam pulvis terræ.

10. Da mihi sapientiam et intelligentiam, ut ingrediar et egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum dignè, qui tam grandis est, judicare?

11. Dixit autem Deus ad Salomonem: Quia hoc magis placuit cordi tuo, et non postulasti divitias, et substantiam, et gloriam, neque animas eorum qui te odierunt, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam et scientiam, ut judicare possis populum meum, super quem constitui te regem.

12. Sapientia et scientia data sunt tibi: divitias autem et substantiam et gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus, nec ante te, nec post te, fuerit similis tui.

13. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Jerusalem coram tabernaculo fœderis; et regnavit super Israel.

14. Congregavitque sibi currus et equites, et facti sunt ei mille quadringenti currus, et duodecim millia equitum, et fecit eos esse in uribus quadrigarum, et eum rege in Jerusalem.

15. Præbuitque rex argentum et aurum in Jerusalem quasi lapides, et cedros quasi sycomoras, quæ nascuntur in campibus multitudine magnâ.

16. Adducebantur autem ei equi de Ægypto, et de Coa, à negotiatoribus regis, qui ibant, et emebant pretio,

17. Quadrigam equorum sexcentis argenteis, et equum centum quinqueaginta: similiter de universis regnis Hethæorum, et à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

6. Et Salomon monta à cet autel d'airain, qui était devant le tabernacle de l'alliance, et il immola dessus mille victimes.

7. Et voici qu'en cette nuit-là Dieu lui apparut, et lui dit: Demandez-moi ce que vous voulez que je vous donne.

8. Alors Salomon dit à Dieu: Vous avez fait éclater la grandeur de votre miséricorde envers David, mon père, et vous m'avez établi roi en sa place.

9. Maintenant donc, Seigneur Dieu, que la promesse que vous avez faite à David, mon père, s'accomplisse, puisque vous m'avez établi roi sur votre grand peuple, qui est aussi innombrable que la poussière de la terre.

10. Donnez-moi la sagesse et l'intelligence, afin que je sache comment je dois me conduire à l'égard de votre peuple; car qui pourrait, sans ce secours, gouverner dignement un si grand peuple?

11. Alors Dieu dit à Salomon: Puisque ceci est ce qui plaît le plus à votre cœur, et que vous ne m'avez point demandé de richesses ni de grands biens, ni de la gloire, ni la mort de ceux qui vous haïssent, ni même une vie longue, et que vous m'avez demandé plutôt la sagesse et la science, afin que vous puissiez gouverner mon peuple, sur lequel je vous ai établi roi;

12. La sagesse et la science vous sont accordées; et je vous donnerai tant de biens, tant de richesses et tant de gloire, que nul roi, ni avant vous, ni après vous, ne vous aura été égal.

13. Salomon descendit donc de ce lieu haut de Gabaon, et s'en revint devant le tabernacle de l'alliance à Jérusalem; et il régna sur Israël.

14. Il amassa un grand nombre de chariots de guerre et de cavalerie; il eut mille quatre cents chariots, et douze mille hommes de cavalerie; il en fit mettre une partie dans les villes destinées à loger les équipages, et le reste à Jérusalem, près de sa personne.

15. Il rendit l'or et l'argent aussi communs dans Jérusalem que les pierres, et les cèdres aussi communs que ce grand nombre de sycomores qui naissent dans la campagne.

16. Les marchands qui trafiquaient pour le roi, faisaient des voyages en Égypte, à Coa, et lui amenaient des chevaux qu'ils y achetaient,

17. L'attelage de quatre chevaux à raison de six cents sicles d'argent, et un cheval de cent cinquante; et l'on en achetait ainsi de tous les rois des Héthéens et de ceux de Syrie.



VERS. 2. — PRÆCEPIT SALOMON UNVERSO ISRAELI. — VERS. 3. — ET ABIBIT CUM UNIVERSA MULTITUDINE IN EXCELSUM GABAON. Acta sunt hæc altero anno regni Salomonis, cum regnum illius in universum Israel emfirmatum est. Contulit se Gabaonem, comitantibus universo populo et principibus exercitus, solemnes Domino hostias oblaturus in altari æneo, jussu Moysis et operâ Beseleelis per desertum erecto, Exod. 27, 1 et seq., et 31, 2.

VERS. 4. — ARCAM DEI ADDUXERAT DE CARIATHIARIM, è domo Abinadabi, in edito loco Cariathiarim, vel in Gabaon, quæ vox sonat editum locum. Vide 2 Reg. 6, 3.

VERS. 5. — QUOD REQVISITIVIT SALOMON. Venit ut hoc altare iniseret, vel quæsiturus ibi Dominum: venit oblaturus sacrificia Gabaone.

VERS. 6. — ASCENDIT SALOMON AD ALTARE ÆNEUM. . . . ET OBSTULIT IN EO MILLE HOSTIAS. Reddi potest Hebræus: *Sacrificavit Salomon in holocaustum super altare æneum, ibique immolavit mille hostias. Immolavit manibus sacerdotum, vel suis. Ita Septuag. : Καὶ ἔθηκεν Σαλωμὼν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ θυσίας ἑκατὸν χίλια. Ita et Syriacus, Pagninus, Junius, Vatablus, etc. Vide dicta in 1 Reg. 13, 12.*

VERS. 7. — IPSA NOCTE APPARUIT EI DEUS. Nocte quæ proximè post sacrificium successit. In toto illo extatico somno Salomon eas preces fudit, quas hic legimus, orantemque Deus exaudivit, uti narratur inferius. Quæ de re nos mentem nostram aperuimus in 5 Reg. 3, 5. (1)

(1) VERS. 9, 10. — Vous n'avez établi roi sur votre peuple, dont la multitude est innombrable comme la poussière de la terre. Donnez-moi donc la sagesse et l'intelligence, etc. Nous avons déjà remarqué, en expliquant le troisième chapitre du troisième livre des Rois, ce que les saints Pères et les interprètes ont dit sur la demande que Salomon fit à Dieu, de cette sagesse qui lui était nécessaire pour gouverner un si grand peuple, et sur la réponse que Dieu lui fit; c'est pourquoi nous ne le répétons point ici. Nous ajouterons seulement que Salomon commença bientôt à s'écarter de cette même sagesse qu'il avait reçue de Dieu, lorsqu'il assembla, comme il est marqué dans ce chapitre que nous expliquons, un grand nombre de chefs de guerre, et beaucoup de cavalerie. Car Dieu avait déclaré expressément, en parlant à Israël par la bouche de Moïse, que lorsqu'il aurait choisi un de leurs frères pour l'établir roi sur son peuple, il n'amasserait point un grand nombre de chevaux, de peur sans doute qu'il n'y mit trop sa confiance, et que son cœur ne s'en élevât au lieu de s'appuyer sur le bras du Dieu d'Israël. Ainsi Salomon viola manifestement ce précepte du Seigneur, qui semblait.

Venit Salomon ex excelsu, quod erat in Gabaon, rediit ex eo loco, ubi erat tabernaculum fœderis, Hierosolymam.

VERS. 14. — FACTI SUNT EI MILLE QUADRINGENTI CURRUS, ET DUODECIM MILLIA EQUITUM. Legimus 3 Reg. 4, 26, fuisse illi *quadraginta milia præsepia eorum currum, et duodecim milia eorum equorum*, quæ de re lege ibi nostrum commentarium. Equos illis distribuit per urbes in eam rem destinatas: *In urbibus quadrigarum, posuit*

## CAPUT II.

1. Decrevit autem Salomon ædificare domum nomini Domini, et palatium sibi.

2. Et numeravit septuaginta milia virorum portantium humeris, et octoginta milia qui cæderent lapides in montibus, præpositosque eorum tria milia sexcentos.

3. Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens: Sicut egisti cum David patre meo, et misisti ei ligna cedrina, ut ædificaret sibi domum, in quâ et habitavit:

4. Sic fac mecum, ut ædificem domum nomini Domini Dei mei, ut consecrem eam ad adolendum incensum coram illo, et fumiganda aromata, et ad propositionem panum sempiternam, et ad holocaustomata mane et vespere, sabbatis quoque et neomeniis, et solemnitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli.

5. Domus enim quam ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos.

6. Quis ergo poterit prævalere, ut ædificet ei dignam domum? si cælum, et cæli colorum capere non nequeunt, quantus ego sum, ut possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantum, ut adoleatur incensum coram illo.

7. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui noverit operari in auro et argento, eret et ferro, purpurâ, coccino et hyacintho, et qui sciat sculpere calaturas, cum his artificibus, quos mecum habeo in Judæâ et Jerusalem, quos præparavit David pater meus.

8. Sed et ligna cedrina mitte mihi, et arcuthina, et pinea de Libano: scio enim quod servi tui noverint cædere ligna de Libano, et erunt servi mei cum servis tuis,

in locis pascuosis, et facile in finibus regni. In tribu Simeonis, Ægypto finitima, est *ubus Bethmarchaboth*, id est, domus curruum, Josue 19, 5. et *Asersusa*, commoratio equorum, quibus locis ab equis et curribus Salomonis nomen inditum videtur; etenim nemo regum Juda ante illum tanto equorum studio tenebatur.

VERS. 16. — ADDUCEBANTUR EI EQVI DE ÆGYPITO, ET DE COA. Vide dicta in 5 Reg. 10, 28.

## CHAPITRE II.

1. Or, Salomon résolut de bâtir un temple au nom du Seigneur, et un palais pour lui-même.

2. Il désigna soixante-dix mille hommes pour porter des fardeaux, et quatre-vingt mille pour tailler les pierres dans les montagnes, et trois mille six cents pour les commander.

3. Il envoya aussi vers Hiram, roi de Tyr, disant: Comme vous avez fait pour David mon père, en lui envoyant des bois de cèdre pour bâtir le palais où il a demeuré,

4. Faites de même avec moi, afin que je puisse bâtir un temple au nom du Seigneur mon Dieu, et le lui consacrer pour y brûler de l'encens en sa présence, y consumer des parfums, et y exposer toujours des pains devant lui, comme aussi pour offrir des holocaustes le matin et le soir, ainsi que les jours de sabbat, les premiers jours des mois et dans les autres solemnités du Seigneur notre Dieu à toujours, selon qu'il a été ordonné à Israël.

5. Car le temple que j'ai dessiné de bâtir doit être grand, parce que notre Dieu est grand, au-dessus de tous les dieux.

6. Qui pourra donc se croire capable de lui bâtir une maison digne de lui? Si le ciel et les cieux des cieux ne peuvent le contenir, qui suis-je, moi, pour entreprendre de lui bâtir une maison? Mais aussi c'est seulement pour faire brûler de l'encens en sa présence.

7. Envoyez-moi donc un homme habile, qui sache travailler en or, en argent, en cuivre, en fer, en ouvrages de pourpre, d'écarlate et d'hyacinthe, et qui sache faire toutes sortes de cisures, pour l'employer avec les ouvriers que j'ai auprès de moi, dans la Judée et à Jérusalem, et que David, mon père, avait choisis.

8. Envoyez-moi aussi des bois de cèdre, de sapin, et des pins du Liban; car je sais que vos sujets sont adroits à couper les arbres du Liban, et les miens travailleront avec les vôtres.



9. Ut parentur mihi ligna plurima : domus enim quam cupio edificare, magna est nimis et inclyta.

10. Præterea operariis, qui cæsurus sunt ligna, servis tuis, dabo in cibaria tritici coros viginti millia, et hordei coros totidem, et vini viginti millia metretas, olei quoque sata viginti millia.

11. Dixit autem Hiram rex Tyri per litteras quas miserat Salomon : Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum.

12. Et addidit, dicens : Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum et terram, qui dedit David regi filium sapientem, et eruditum, et sensatum, atque prudentem, ut edificaret domum Domino et palatium sibi.

13. Misi ergo tibi virum prudentem et scientissimum Hiram patrem meum,

14. Filium mulieris de filiabus Dan, cujus pater fuit Tyrius, qui novit operari in auro et argento, ære, et ferro, et marmore, et lignis, in purpurâ quoque, et hyacintho, et bysso, et coccino; et qui scit cælare omnem sculpturam, et adinveneri prudenter quodcumque in opere necessarium est, cum artificibus tuis, et cum artificibus domini mei David patris tui.

15. Triticum ergo, et hordeum, et oleum, et vinum quæ pollicitus es, domine mi, mitte servis tuis.

16. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, et applicabimus ea ratibus per mare in Joppé; tum autem erit transferre ea in Jerusalem.

17. Numeravit igitur Salomon omnes viros proselytos, qui erant in terrâ Israel, post dinumerationem quam dinumeravit David pater ejus, et inventi sunt centum quinquaginta millia, et tria millia sexcenti.

18. Fecitque ex eis septuaginta millia qui humeris onera portarent, et octoginta millia qui lapides in montibus cæderent; tria autem millia et sexcentos præpositos operum populi.

9. Afin que l'on me prépare quantité de bois, parce que la maison que je désire bâtir doit être très-grande et magnifique.

10. Je donnerai pour la nourriture de vos gens qui couperont ces bois, vingt mille sacs de froment et autant d'orge, avec vingt mille barils de vin et vingt mille barriques d'huile.

11. Et Hiram, roi de Tyr, dit à Salomon dans une lettre qu'il lui envoya : Parce que le Seigneur a aimé son peuple, il vous a établi roi sur lui.

12. Et il ajouta : Que le Seigneur Dieu d'Israël, qui a fait le ciel et la terre, soit béni d'avoir donné au roi David un fils si sage, si habile, si plein d'esprit et de prudence, pour bâtir un temple au Seigneur et un palais pour lui.

13. Je vous envoie donc Hiram, mon père, homme habile et intelligent.

14. Sa mère était des filles de Dan, et son père fut Tyrien. Il sait travailler en or, en argent, en cuivre, en fer, en marbre, en bois, et même en pourpre, en hyacinthe, en fin lin et en écarlate; il sait encore graver toutes sortes de figures, et ingénieusement inventer tout ce qui est nécessaire pour toutes sortes d'ouvrages. Il travaillera avec vos ouvriers et avec ceux de David mon seigneur, votre père.

15. Envoyez donc, mon seigneur, à vos serviteurs le blé, l'orge, l'huile et le vin que vous leur avez promis.

16. Nous couperons, dans le Liban, tout le bois dont vous aurez besoin, et nous le disposerons en radeaux pour le conduire par mer à Joppé; mais ce sera à vous de le transporter à Jérusalem.

17. Salomon fit le dénombrement de tous les prosélytes qui étaient dans la terre d'Israël, depuis le dénombrement qu'en avait fait David son père, et il s'en trouva cent cinquante-trois mille six cents.

18. Il en destina soixante-dix mille pour porter les fardeaux sur leurs épaules, et quatre-vingt mille pour tailler les pierres dans les montagnes, et trois mille six cents pour conduire les ouvrages.

VERS. 1. — DECRETUM EDIFICARE PALATIUM SIBI. Hebræus : Dixit ad edificandum domum regno suo. Septuag. : Οὐκ ἔτι βασιλεὺς αὐτοῦ. Decrevit condere magnificentias ædes pro tanto rege. Neque enim satis pro dignitate censuit esse ædes patris sui; ædes, inquam, illas, quas incolere Davidem pudebat, ad eò majores merito suo censuit, quamdiu arca Domini sub pellibus detinebatur, 2 Reg. 8, 2.

VERS. 2. — QUI CEDERENT LAPIDES IN MONTIBUS. Qui sectos è lapideis lapides pararent in usum ædificii. Scripturâ teste 3 Reg. 6, 7, *malleus et securis non sunt audita in domo, cum edificaretur* : quare dolari oportuit ligna et lapides in iisdem locis, unde eruebantur, antequam in opus templa transferrentur.

PRÆPOSITOS EORUM TRIA MILLIA SEXCENTOS. Tria millia et trecenti leguntur in 3 Reg. 3, 16; reliqui ille omisi hic suppletur; vel fortè hæc additio trecentorum, quæ hic legitur, est præpositorum, qui tribus millibus trecentis præerant.

VERS. 6. — SED AD HOC TANTUM, UT ADOLEATUR INCENSUM CORAM ILLO (1). Ne cogitare quidem

(1) Qui pourra donc présumer être capable de lui bâtir une maison digne de lui? Si le ciel et les cieux des cieux ne peuvent le contenir, qui suis-je, moi, pour entreprendre de lui bâtir une maison? Mais c'est aussi seulement pour faire brûler de l'encens en sa présence. On a déjà expliqué, dans le troisième livre des Rois, tout ce qui regarde cette union des ouvriers du roi Hiram avec ceux de Salomon, et ce nombre presque incroyable de personnes destinées pour travailler aux ouvrages différents du temple. Mais on ne peut se laisser de considérer et d'admirer en même temps cette humble disposition où Salomon se trouvait alors en entreprenant un si saint ouvrage, et où doivent être ceux dont il était la figure, c'est-à-dire tous les ouvriers apostoliques qui travaillent à bâtir le temple de Dieu dans les âmes des fidèles. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos: Dei edificatio estis.* Qui pourra donc présumer, dit ce grand prince, être capable de bâtir une maison digne de Dieu? C'est lui cependant de qui Dieu même avait dit, en parlant au roi son père : *Voire fils que je ferai seoir en votre place sur votre trône, sera celui qui bâtira une maison à la gloire de mon nom.* Mais dans la profonde admiration où il était de la majesté infinie de Dieu, il ne laisse pas de s'écrier : *Qui peut entreprendre de lui bâtir une maison digne de lui?* C'est donc la première disposition nécessaire pour travailler à l'édifice du temple de Dieu, de s'en croire très-incapable et très-indigne, lors même qu'on a tout sujet de croire qu'il nous a choisis pour cela.

C'en est une encore de considérer avec une humble frayeur que celui qui ne peut être contenu dans toute la vaste étendue du ciel et des cieux des cieux, veut bien néanmoins habiter d'une manière toute singulière dans l'Eglise,

audeo, ut dignum Domino templum erigam; novi enim immensum esse et incomprehensibile Numen, ut nullâ re continetur: illud meditor, ut erigam Numini ædem, ubi sufficit dari coram illo possint. Quàm demissa profecto, quàm modesta, quàm æqua sententiæ princeps religiosissimus! Tempa quælibet, vel augustissima, Deo tamen sunt minora; minuscule pro illo quàm pro nobis eriguntur.

VERS. 7. — MITTE MIHI VIRUM ERUDITUM, QUI NOVERIT OPERARI. IN PURPURA, COCCINO ET HYACINTHO (1). Voces originalis nonnulli discre-

comme dans son temple, et même dans le fond du cœur de chaque fidele, comme dans une maison qui lui est propre. Car s'il y a en effet dans le monde un lieu qui soit digne de sa souveraine majesté, c'est ce cœur d'un vrai fidele, purifié par le Saint-Esprit, et rendu par la charité capable de devenir la demeure de la sainte Trinité : *Si quis diligit me, sermonem meum servabit; et pater meus diligit eum; et ad eum veniens, et mansionem apud eum facietis.*

Enfin la troisième disposition nécessaire aux saints ouvriers évangéliques, est d'être très-convaincus, comme Salomon, que quelque bien appelé qu'ils soient à cet auguste ministère, ils ne peuvent faire autre chose par tous leurs travaux, que préparer au Seigneur une maison où l'on puisse continuellement faire brûler de l'encens en sa présence, c'est-à-dire, que tous leurs travaux doivent tendre non pas à leur propre gloire, mais uniquement à celle de Dieu. C'est donc pour rendre soi-même et pour faire rendre par tous les autres à la majesté du Dieu très-haut les hommages qui lui sont dus, qu'on doit s'appliquer à l'ouvrage figuré par l'édifice du temple de Salomon. Toute autre fin est indigne du Seigneur, et c'est travailler en vain que de travailler dans une autre vue à cet ouvrage. (Sacy.)

(1) Envoyez-moi donc un homme habile, qui puisse travailler en or et en argent, en cuivre, en fer, en pourpre, en écarlate, etc. Il faut que ceux qui sont destinés à travailler à l'édifice spirituel des temples vivants qui composent l'Eglise de Jésus-Christ, aient l'habileté de cet ouvrier dont parle ici Salomon. Il faut qu'ils puissent aussi bien que lui, quoique d'une manière sans comparaison plus excellente, travailler sur l'or, sur l'argent, sur le fer, sur le cuivre, etc., c'est-à-dire, se proportionner et se faire tout à tous, afin de les rendre, chacun selon leur portée, une partie du temple de Dieu; car tous ne sont pas appelés à un état aussi relevé que les uns que les autres. Chacun a son don, et chacun même est sujet à ses faiblesses. Mais il est besoin que l'ouvrier qui travaille au temple de Dieu, sache ménager les divers talents des fideles, et porter les faibles comme les forts, pour les rendre dignes d'entrer chacun en son rang dans la structure admirable de ce temple auguste, et d'y occuper la place que Dieu lui a destinée, selon l'exemplaire tout divin qu'il en a donné lui-même à son Fils, lorsqu'il l'a rendu dans sa sainte humanité comme la



pant (1) ab his quae nos explicavimus in Exodo. Argem, purpura, idem est ac argeman, quod legitur in Moysè; sed hoc Hebræum est, illud Syriacum, Chaldaicum, Arabicum, Persicum. Significat autem purpuram pretiosissimam et nitidissimam, sanguine conchylii imbutam. Carmil, quod Septuaginta et Vulgata reddunt coccum, vel coccinum, est, auctore Bocharto de Animal. sacr. part. 2, l. 5, c. 9, purpura genus, circa montem Carmelum nascentis. Porrò eâ voce innui purpuram constat, cum in Canticles (2) jungatur cum argeman, instar synonymi. Denique tacheloth reddi solet hyacinthus, vel cæruleus color, qui pariter inter purpureos accensetur; nam, teste Vitruvio l. 7, c. 13, in variis locis, ex coeli varietate nascentis purpura, varia est. Pulcherrimam exhibet mariuum quoddam conchylium, quod piscatu capitur, præsertim ad oras Phœniciae, à Tyro ad usque Carmelum. Ea conchyliâ cum sunt lecta, fermentis circa scinduntur, è quibus plagis purpurea sanies, ut lacryma profuens, excussa in mortariis. Quod legitur Ponto et Galliâ, est atrum; progredientibus inter septentrionem et occidentem invenitur lividum; quod autem legitur ad æquinoctialem orientem et occidentem, invenitur violaceo colore; quod verò meridiana regionibus excipitur, rubrâ procreatur potestate, et idè hoc rubrum creatur in regionibus quæ proximæ sunt solis cursui. Aliud erat purpureæ genus, ex herbarum succo, quod tamen minoris æstimabatur (3). Animadversum est à nobis 1 Par. 15, 27, et versu 14 hujus capituli, genuinam byssum à Salomone in velamina templi impensam fuisse, minimè tamen à Moysè in tabernaculo; neque enim ejus ætate adhuc obtinebat.

Vers. 8. — LIGNA CEDRINA, ET ARCEUTHINA, ET PINEA. Hebræus: Ligna cedrina, abiegnâ, et aluminim è Libano. Quid sint ligna aluminim, jam expensum est, 3 Reg. 10, 11. De junipero, pierre angulaire de cette sainte maison, ou comme le chef adorable du corps mystique de son Eglise. Car cet exemplaire fut sans doute figuré par celui du temple de Salomon, que Dieu même, selon l'Écriture, donna à David. Mais qui est capable, s'écrie saint Paul, d'un ministère si difficile? Et ad hæc quis tam idoneus? Ce qu'il disait pour marquer que le nombre de ces dignes ouvriers est beaucoup plus rare qu'on ne peut croire. (Sacy.)

(1) Καὶ ἐν τῷ κεφάλει, καὶ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ, καὶ ἐν τῷ στήθει, καὶ ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ ὤμου. (2) Cantic. 7, 5: Caput tuum ut Carmelus, et como capitis tui, sicut purpura regis. (3) Plin. lib. 22, cap. 2: Transalpina Gallia herbis Tyrium atque conchylium tingit.

sive arceutho, constat utique ex testimonio veterum (vide Nebris, hic) ejus usum fuisse in templis; quod tamen dictum accipe non de junipero arbusculâ, vel sylvestri, qualis in nostris provinciis nascitur, sed de domesticâ, cujus est arbor procerâ, cedro persimilis, Utuntur Hebræi peculiari voce דורר rotam, quâ expriment juniperum, planè diversâ ab eâ quæ hic legitur in Scripturâ; quare hic reddendum credimus abiegnâ, uti est pariter in 3 Reg. 5, 11.

Vers. 10. — TRITICI COROS VIGINTI MILLIA. Hebræus: Triticorum percussorum coros viginti millia: tritici excussi, moliti, fracti. Capiebat corus ducentas et octo ac nonaginta pintas, cum hemipintâ, semisextario, et amplius aliquantò.

Hordei coros totidem. De hordeo nihil in 3 Reg. 5, 11.

Vini viginti millia metretas. Hebræus: Viginti millia bathos vini. Bathus aut epha continebat viginti novem pintas, cum hemipintâ, semisextario, octavâ pingte parte, et amplius aliquantò. Nihil de vino in Regibus.

Olei sata viginti millia. Hebræus: Viginti millia bathos olei. Quid sit bathus, jam diximus: satum tertia pars erat bathi. In 3 Reg. 5, 11, non legitur nisi viginti cori olei; quâ de re vide nostrum Commentarium.

Vers. 15. — MISI TIBI HIRAM PATREM MEUM, ET ALIUM MURUM. Hebræus: Misisti tibi Hiram patrem meum, et alium murum. Porro nomen patris illi conciliat sive ætas, sive scientia, sive peritia, sive æstimatio Hiram, uti apud nos magistri titulo insigniuntur officies periti, qui artis suæ speciem exhibuerunt. Patrem suum appellat hunc Salomon inferioris 4, 16: Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater ejus. Septuaginta editionis Romanae vertunt hic cum Hebræo et Vulgata: Χιρὰμ τὸν πατέρα μου, Hiram patrem meum. Sed in aliis editionibus legitur: Χιρὰμ τὸν πατέρα σου, Hiram servum meum. Recentiores quidam interpretes vertunt Hebræum: Mito tibi Hiram servum patris mei; vel: Mito tibi Hiram Abi, quasi Abi (vel Abib) illius esset cognomen. Ita Pagninus, Junius, Tremellius, Mariana, Vatablus, Piscator.

Vers. 14. — FILIUM MULIERIS DE FILIABUS DAN, CUIUS PATER FUIT TYRIUS. Matrem ejus viduam fuisse, et ex tribu Nephthali, discimus ex 3 Reg. 7, 4, quâ de re vide ibi nostrum Commentarium. Reddi potest Hebræus: Misi tibi Hiram Abi, filium mulieris ex filiabus Dan, et hic Abi (vel Abib) est Tyrius.

Brsso. Sermo hic non est de carbaso Ægyptiâ, quæ interdum bysus appellatur, sed de serico quodam pisces testacæ, de quo egimus libro superiore 15, 27.

DOMINI MEI DAVID PATRIS TUI. Dicta sunt hæc solius officii causâ, quemadmodum et ea quæ legitimus versiculo sequenti: Quæ pollicitus es, domine mi, mitte servis tuis, subditis meis. Alibi verò Hiram Salomonem fratrem suum appellat: Hæcine sunt civitates quas dedisti mihi, frater? 3 Reg. 9, 15.

Vers. 16. — APPLICABIS EA RATIBUS PER MARE IN JOPPE. Hebræus: Afferemus ea tibi Rapsodoth super mare Joppe. Hæc vox Rapsodoth derivatur facillè ex Græco rhapsodia (1), quod est carminum, vel poetarum lucubrationum collectio; cujusmodi nomen retulit poema Homericum, quod primò coaluit ex variis poematibus, quæ seorsum canebantur, quæque deinde collecta sunt in unum corpus Iliadis et Odysseæ. Septuaginta optimè vertunt rates (2), quæ contignatio sunt quædam lignorum simul junctorum, ut commodius agantur aquâ. Si vox hæc Rapsodoth legebatur in epistolis originalibus Hiram ad Salomonem, colligendum est utique, satis citò vocabula Græca in Hebraicum sermonem migrare cepisse. Multò tamen credibilis est, Esdram voce ætatis suæ notissimâ expressisse rem quæ alter ferebatur in originali. Homeri Rapsodiæ nondum erant Salomonis ætate, et aliâs vox in libris Regum legitur (3). Portus Joppes per ea tempora celebris, nomen suum longâ etiam ætate obtinuit, uti constat ex historiâ Jonæ, et

(1) Ραψωδία. Vide Plut. in Lyeurgo, et Diog. Laert. in Solone, et Elian. Var. Hist. lib. 15, c. 14, et Marsham. ad secul. XV Canon Ægypti. (2) Ἐξήκων αὐτῶν σφιδάται ἐπὶ θάλασσαν Ἰωππη. (3) 3 Reg. 5, 9: וְאֵת אֲשֶׁר־בָּרַח בַּיָּם לְיָוֶן עֲשֵׂהוּ מֵרֶגֶל מַרְיָם עַל הַיָּם.

CAPUT III.

1. Et cepit Salomon edificare domum Domini in Jerusalem in monte Moria, qui demonstratus fuerat David patri ejus, in loco quem paraverat David in aræ Ornan Jebusei.

2. Cœpit autem edificare mense secundo, anno quarto regni sui.

3. Et hæc sunt fundamenta, quæ jecit Salomon, ut edificaret domum Dei; longitudo cubitos in mensurâ primâ sexaginta, latitudo cubitos viginti.

4. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum juxta mensuram

recentiorum Itinerariorum testimonio. Sed periculosus est et incommodus; affirmatque Josephus, optimum portum ad Joppen constitui non posse, quòd scopulose ejus ora planè arduum reddant accessum. Joseph. l. 3 de Bello, c. 15.

Vers. 17. — NUMERAVIT OMNES PROSELYTOS, QUI ERANT IN TERRA ISRAEL, POST DINUMERATIONEM, QUAM DINUMERAVIT DAVID. Prior census proselytorum, vel advenarum, quos ad opera templi destinaverat David, facillè institutus est sub initium regni Salomonis (1), cum David Salomoni credidit quidquid in usum sacri ædificii ipse collegerat. Census verò alter, de quo hic, aliquot annis posterior est, cum Salomon manum operi admovit. Ingens proselytorum numerus, in Israele tunc inventorum, à proselytis domiciliis erat, ex interpretum sententiâ, qui proselyti nondum planè Mosaicam legem profitebantur, sed nimum superstitutionem abdicaverant. Ajunt Rabbinî, sub Davide et Salomone neminem advenarum ad Judaicâ sacra admissum fuisse, ne ambitione potius, timore, vel cupiditate, quàm amore religionis impellerentur (2). Deliria Persuasissimum tenemus, proselytos hosce reliquos fuisse Chananaeorum, qui fortè in regione superfuert. Vide 1 Par. 22, 2.

Vers. 18. — TRIA MILLIA ET SEXCENTOS PREPOSITOS OPERUM POPULI. Vulgatæ coheret Hebræus: Prepositos operum populi, id est, Chananaeorum, vel advenarum; ejusmodi enim operibus Israelitæ non addebantur (3). In 3 Reg. 5, 16, non legitur nisi tria millia trecenti.

(1) Vide 1 Par. 22, 2: Precepit ut congregarentur omnes proselyti de terrâ Israel, etc. (2) Vide, si lubet, Seiden. de Synedr. l. 5, c. 2, §. 5. (3) 2 Par. 8, 9: Porrò de filiis Israel non possunt scribere operibus regis. Ita et 3 Reg. 9, 22.

CHAPITRE III.

1. Salomon commença donc à bâtir le temple du Seigneur, à Jérusalem, sur la montagne de Moria, qui avait été montrée à David, son père, et au lieu même que David avait disposé dans l'aire d'Ornan le Jebuséen.

2. Or, il commença à bâtir le second mois de la quatrième année de son règne.

3. Et voici le plan que suivit Salomon pour construire la maison du Seigneur: La longueur était de soixante coudées, suivant la première mesure, la largeur de vingt coudées.

4. Le vestibule qui était devant, dont la longueur répondait à la largeur du temple,



latitudinis domus, cubitorum viginti; porrò altitudo centum viginti cubitorum erat: et deauravit eam intrinsecus auro mundissimo.

5. Domum quoque majorem textit tabulis ligneis abiegnis, et laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitque in eâ palmas, et quasi catenulas se invicem complectentes.

6. Stravit quoque pavementum templi pretiosissimo marmore, decore multo.

7. Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis textit domum, et trabes ejus, et postes, et parietes, et ostia: et cœlavit cherubim in parietibus.

8. Fecit quoque domum Sancti sanctorum: longitudinem juxta latitudinem domus, cubitorum viginti, et latitudinem similiter viginti cubitorum; et laminis aureis textit eam, quasi talentis sexcentis.

9. Sed et clavos fecit aureos, ita ut singuli clavi sielos quinquagenos appendent: cœnacula quoque textit auro.

10. Fecit etiam in domo Sancti sanctorum cherubim duos, opere statuario, et textit eos auro.

11. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita ut una alæ haberet cubitos quinque, et tangeret parietem domus: et altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub.

12. Similiter cherub alterius alæ quinque habebat cubitos, et tangebatur parietem: et alæ ejus altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat.

13. Igitur alæ utriusque cherubim expansæ erant, et extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, et facies eorum erant versæ ad exterioriorem domum.

14. Fecit quoque velum ex hyacintho, purpurâ, cocco et bysso: et intexiit ei cherubim.

15. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta et quinque cubitos habebant altitudinis; porrò capita earum, quinque cubitorum.

16. Necnon et quasi catenulas in oraeulo, et superposuit eas capitibus colum-

etatis aussi de vingt coudées: mais sa hauteur était de cent vingt, et Salomon le fit tout dorer par dedans d'un or très-pur.

5. Il fit aussi plancher la partie la plus grande du temple, de bois de sapin, et fit appliquer sur tout ce plancher des lames d'or la plus pur; et il y fit graver des palmes, et comme de petites chaînes qui étaient enlacées les unes dans les autres.

6. Et il fit le pavé du temple d'un marbre très-précieux, d'une grande beauté.

7. L'or des lames dont il fit couvrir le lambris de cet édifice, les poutres, les pilastres, les murailles et les portes, était très-fin; et il fit aussi ciseler des chérubins sur les murailles.

8. Il fit encore la maison du Saint des saints; sa longueur, qui répondait à la largeur du temple, était de vingt coudées; sa largeur avait pareillement vingt coudées: il le couvrit tout de lames d'or, qui pouvaient monter à six cents talents.

9. Il fit aussi d'or les clous, dont chacun pesait cinquante sicles. Les chambres des étages d'en haut étaient aussi revêtues d'or.

10. Il fit encore faire, dans la maison du Saint des saints, deux statues de chérubins de bois d'olivier, qu'il couvrit d'or.

11. Les ailes des chérubins avaient vingt coudées d'étendue; de sorte qu'une des ailes avait cinq coudées, et touchait la muraille du temple, et que l'autre, qui avait encore cinq coudées, touchait l'aile du second chérubin.

12. De même une des ailes de ce second chérubin, de cinq coudées d'étendue, touchait la muraille; et son autre aile, qui était aussi de cinq coudées, touchait l'aile du premier.

13. Les ailes de ces deux chérubins étaient donc déployées, et avaient vingt coudées d'étendue; et ces chérubins étaient représentés droits sur leurs pieds, et leurs faces tournées vers le temple extérieur.

14. Il fit aussi un voile d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin, sur lequel il fit représenter des chérubins.

15. Il fit de plus, devant la porte du temple deux colonnes de trente-cinq coudées de haut; et leur chapiteau était de cinq coudées.

16. Il fit aussi des chaînes comme il y en avait dans le sanctuaire; et il les mit sur les

narum; malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit.

17. Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, unam à dextris, et alteram à sinistris: eam quæ à dextris erat, vocavit Joachin; et quæ ad lævam, Booz.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — COEPIIT SALOMON EDIFICARE DOMUM DOMINI IN MONTE MORIA, QUI DEMONSTRATUS FUERAT DAVID... IN AREA ORNAN. Vetusissima traditio (1) acceptum est, montem Moria, cui templum insidebat, ipsam esse montem visionis, quò Abraham filium suum Isaac immolandum Domino duxit (2). Moria Hebraicè est visio. Designaverat locum hunc David, cum ibi consistentem angelum Domini vidit, ac sacrificium igne cœli absumptum obtulit, lib. 1 Paral., capitibus 21 et 22.

VERS. 2. — COEPIIT EDIFICARE MENSE SECUNDO, ANNO QUARTO. Hebræus: *Secundâ die secundi mensis anni quarti*. Ita Pagninus, Jun., Tremell., Mariana, Castal., Piscator.

VERS. 5. — LONGITUDINIS CUBITOS IN MENSURA PRIMA SEXAGINTA, id est, ad mensuram veteris cubiti, ætate Moysi et Salomonis, ut oppositi novo cubito et Babylonicò, uno palmo minori quàm vetus. Porrò revocandum est in mentem, libros hosce scriptos esse ab auctore post captivitatem solutam; scriptos autem genti mensuris Babylonicis jamdiu assuetæ. Monuit igitur, sermonem habere se de primo seu veteri cubito: quam etiam cautionem adhibuit Ezechiel in descriptione templi; admonet enim capitibus 40 et 45, uti se cubito palmo majori quàm Babylonicò. Cubito huic danus pollices viginti cum 44/59.

VERS. 4. — ALTITUDO CENTUM VIGINTI CUBITORUM ERAT. In fronte templi proceera veluti quædam turris surgebat, cujus erat latitudo viginti cubitorum, longitudo decem, altitudo centum et viginti, 3 Reg. 6, 5. Criticorum quidam malunt pro centum viginti cubitorum, legendum esse decem cubitorum, ut hic locus cum libris Regum congruat. De hæc turri centum viginti cubitorum hic unicè legitur. Sedes unius vel duarum litterarum turbata reddere potuit (3):

(1) Vide Aug. 1. 16 de Civit. c. 52: « Hieronymus presbyter scripsit, se certissime à senioribus Judæorum cognovisse quòd ibi imolatus sit Isaac. »

(2) Genes. 22, 2: *Vade in terram visionis, atque tibi offeres eam in holocaustum super vnam montium, quem monstraverò tibi*. Et v. 14: *Appellavit nomen loci illius, Dominus videt*.

(3) בואה עשרים, centum viginti cubiti; אבה עשרים,

chapiteaux des colonnes, et cent gradées qui étaient entrelacées dans ces chaînes.

17. Il fit mettre ces colonnes dans le vestibule du temple, l'une à droite, l'autre à gauche; il appela celle qui était du côté droit, Joachin, et celle qui était du côté gauche, Booz.

## COMMENTARIUM.

Centum viginti cubitos, pro, decem, seu viginti cubitis. Longitudinem solummodò porticus viginti cubitorum exprimit hic Syriacus, altitudinem silet. Arabs nonnisi viginti cubitos altitudinis, totidemque longitudinis exprimit, cui et congruunt Septuaginta in nonnullis codicibus. Sed Josephus Hebraum et Vulgatam sequitur.

VERS. 5. — DOMUM MAJOREM TEXTIT TABULIS LIGNEIS ABIEGNIS. Major hæc templi pars duplici modo accipitur; vel ut opposita portici, quo sensu Sanctum et Sanctuarium complectitur, omnia denique templi interiora; vel ut opposita alteri minimæ parti templi, quo sensu nonnisi Sancto congruit, quod Sanctuario amplius erat. Postremæ huic interpretationi favere potest versiculus 8, ubi descriptionem suam exorditur auctor à Sanctuario, quasi nihil de illo lucusque retulerit. Reddi potest Hebræus: *Textit majorem hanc domum*, ingens hoc templum, lignis abiegnis; vertendum tamen videtur: *Vestivit totum templum lignis abiegnis*, ut coherere hæc cum his quæ leguntur in libris Regum (1). Verbum originale ad litteram sonat tantum *celare, tegere*, quod planè congruit cum illo: *Induere tabulis*. Legitur vers. seq., templi pavementum stratum fuisse pretiosissimo marmore. Id tamen non prohibet quin hoc marmor operum fuisse credatur asseribus ligneis, qui deinde aureis laminis obducti fuerint. Vide 3 Reg. 6, 15.

LAMINAS AURI ORNAN AFFIXIT PER TOTUM. Hebræus (2): *Et auram, auram Parvaim*. Parvaim idem esse arbitramur ac Sepharvaim, de quo 4 Reg. 17, 24, 31, et 18, 34, et 19, 15. Sepharvaim verò urbs fuisse videtur metropolis regionis ejusdem nominis, cui rex suus imperaverit: *Ubi est rex civitatis Sepharvaim*? Porrò hæc urbs et regio constituendæ sunt propè Armeniam et Mediam, venerantque in partem victoriæ ex Medis à regibus Assyriorum relatæ. Docti quidam interpretes, nempe Grotius hic et

עשר, decem cubiti, vel אבה עשרים, viginti cubiti.

(1) 3 Reg. 6, 15: *Textit pavementum domus tabulis abiegnis*.

(2) ויהיה דוב פריים, Septuaginta: Κατασκευασθησαν 720000 αβαχο.



Junius (vide et Plin. l. 6, c. 28), arbitrati sunt, Sapharaim miscendam esse cum Sipharsur, Ephrate, vel Pharbata in Susiana, quae facili ipsa est Barbata Plinii, in ditioe regum Characorum. Suspiciatur Bochartus Phaleg. l. 2, c. 27, et Chanaan. l. 4, c. 46, hic inui Tapobranam insulam, quam hodie appellatam credit *Zelian*. Derivat ille nomen Tapobranæ ex Hebræo *taph* et *Parvan*, quod significare potest oram *Parvan*. Alii, ex quibus Oslander, quæstivè *Parvaim* in Peruvia. Sed horum opinio male adeo est asserta, ut favoribus careat. Aurum *Parvaim* ipsissimum est aurum *Ophir*, idemque cum auro *Phaz* et *Uphaz*; quod fecit, ut affirmaremus in Genesi, regionem *Ophir* non abesse à Phaside, adeoque neque à Pharvaim, vel Sapharvaim. Apud Frogm lib. 12, est urbs Parimæ ad Caucæum; in Strabone, lib. 11, Sarapanæ in Colchide; additque idem scriptor, Phasidem navigii patientem esse usque ad Sarapanæ, quæ arx est, vel urbs, vel tutum quoddam perfluum. Scitum est inter omnes, fluvium Phasidem et Colchidem regionem ditissimam olim fuisse auro, quod optimum erat ejus ætatis. Inter Colchidem et Mediam Herodotus, l. 4, c. 103, constituit Sapires, eosdem facili cum Sarapanis Strabonis. (1)

VERS. 9. — SED CLAVOS FECIT AUREOS, I TA UT SINGULI CLAVI SICLOS QUINQUEGENOS APPENDERENT.

(1) VERS. 7. — PORRO AURUM ERAT PROBATISSIMUM. Hebræi, erat aurum *Parvaim*, scilicet effusum ex loco dicto *Ophir*, et per apheresim *Parvaim*, vel, ut Septuag. vertunt: *Aurum ex Pharvaim*. Sic et Paganus, Vatabl., Arias, Marius, et alii, qui putant *Parvaim* esse *Peru*. Videtur enim utrobique esse eadem vox eademque litteræ. Dici verò *Parvaim* in duali, quia regio *Peru* est duplex, major scilicet et minor. Verùm nomen *Peru* tunc erat incognitum, et etiamnum indigenis *Peru* est ignotum. Inditum est enim isti regioni nuper ab Hispanis, à flumine vicino quodam ita dicto, uti testatur Josephus Acosta, qui in *Peru* vixit quindecim annis, lib. 1 de novo Orbe, cap. 14.

Marius in Lexico scribit nonnullos *Parvaim* deducere à *par*, id est, juvenas, eò quòd aurum *Parvaim* rubeat ut sanguis juveni.

Melius dicit *Ophir* et *Parvaim* esse in India Orientali, esseque Sumatram, Tapobranam, Pegu, et alias ibidem auriferas regiones, quæ à Salomone et Hebræis nuncupate sint *Ophir* et *Parvaim*, à rad. פרה *Para*, id est, *fractificavit*, eò quòd summæ sint frugiferæ et auriferacissimæ. Itæ voces quoque aliudant ad *epher*, id est, *cinis*, eò quòd massa terrea, è quibus ligatur aurum, habeant colorem cinereum; sicut rubrica, è qua ligatur ferrum, habet colorem terre rufum. Aliud quoque ad *par*, id est, *decus*, splendor, q. d., *sub epher*, id est, *cinere*, laet *Pear*, id est, *aurum decarum*, fulgidum et splendidum. (Corn. à Lap.)

Fondus est pro vulgaribus clavibus planè excelsus. Sicli quinquaginta, pondere dimidia uncie in singulos, reddunt uncias quicque et viginti, vel libram unam, additis uncis novem, Hebræus ad litteram: *Pondus clavorum quinquaginta siclorum auri*. Hoc auro clavi aurei confecti sunt. Syriacus et Arabs nihil habent de clavibus, seu de pondere. Genset Mariana, pondus sicli erogatum fuisse in singulos clavos: sed quis credat, quinquaginta clavos tantummodò adhibitos fuisse, quibus affigerentur laminae aureæ, quæ Sanctum et Sanctuarium undique vestiebant?

COENACULA QUOQUE TEXTI AURO. Nonnisi coenacula templo adherentia auro induta fuisse videntur; quin nec satis id rei necessitas exposcebat. Si enim templi propinquitas ornamenta hæc exigebat, cur his prima et secunda contignatio ad duo templi latera caruerunt? Imò, si hæc conclavia tantummodò in usum sacerdotum, vel horreorum et thesaurorum erant, cur hæc potius auro obditi deuberunt, quam cætera conclavia isdem usibus destinata? Vertendum igitur malo: *Texit auro laquearia*, vel tabulata superiora; superiora perinde ac inferiora, et latera Sancti et Sanctuarii auro nitebant. Ita credidit Josephus, Antiq. lib. 8, cap. 2: *Τὸ δὲ ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἄφ' ἧς αὐτῆς οὐκ ἔββατο πᾶσαν εἰσεσπένει εἰς τὰνὸν ἅμα καὶ προσέδοσαν χρυσοῦ*. Apud Syrum et Arabem nihil de hisce coenaculis superioribus, auro indutis.

VERS. 10. — CHERUBIM OPERE STATUARIO (4). Hebræus: *Cherubim duos, opere puerorum*, sive formæ puerorum. Ita Munst., Mont., Pagn., Oslander, Castal. Septuaginta: *Cherubim duo, opus ex lignis*. Syrus et Arabs: *Duos Cherubim opere firmo et stabili*. Recentiores quidam, Mariana, Buxtorf. in Lexico: *Opere ceu gradientium*, et paratorum ad gradiendum, Simulacra hæc recta stabant, et gestu jamjam gradientis, expedita erant undique, et stantia in medio Sanctuarii. Denique Chaldaeus: *Opere liliæ*. Clericus: *Opere sculptili*.

VERS. 11. — ALI CHERUBIM VIGINTI CUBITIS EXTENDEBANTUR. Alarum, unâ cum corporis crassitie, mensura erat cubitorum viginti. Singuli occupabant latitudinis cubitos decem, porrectasque habebant alas alter ad alterum; ambo verò totam Sanctuarii latitudinem viginti cubitorum occupabant.

(9) IN ORACULO, id est, sicut in oraculo. Erant enim hæc atenulæ in columnis, similes catenulis oraculi, sive Sancti sanctorum.

VERS. 15. — FACIES EORUM VERSE AD EXTREMAM DOMUM; id est, ad Sanctum et atrium, ubi erat altare holocaustorum. Hebræus: *Facies eorum ad domum*, vel conversæ: *interius*, ac se invicem respicientes, uti Cherubim in arca positi, Exod. 25, 20.

VERS. 14. — FECIT VELUM EX HYACINTHO, etc. Velum hoc siletur in tertio Regum, ubi templum Salomonis describitur; certissimè tamen constat, illud non defuisse præ foribus Sanctuarii et Sancti. Secundi velaminis, nempe Sanctuarii, meminit Apostolus, Hebr. 9, 5: *Post velamentum secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum*. Alterum igitur erat velamen primum, oppansum ante Sanctum, uti non obscure Josephus Antiq. lib. 8, c. 2. Idem observatur in templo post captivitatem restitutum. In libris Machabeorum (1) sermo est de templi velaminibus plurali numero. Denique multorum tum veterum (2), tum recentiorum sententia docet, duo fuisse templi velamina, quantum et fores erant quæ claudiebantur, uti pluribus è locis disci-

(1) 1 Machab. 4, 51: *Posuerunt super mœnium panes, et appenderunt vela*. Vide et Joseph. Antiq. lib. 12, c. 10.

(2) Origen. Homil. 33 in Matt.; D. Th. in Matt. c. 27; Carthusius, Hugo, alii apud Barrad. tom. 2, l. 5, c. 25.

## CAPUT IV.

1. Fecit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, et viginti cubitorum latitudinis, et decem cubitorum altitudinis.

2. Mare etiam fusile decem cubitis à labio usque ad labium, rotundum per circuitum; quinque cubitos habebat altitudinis, et funiculo triginta cubitorum ambebat gyrum ejus.

3. Similitudo quoque boum erat subter illud, et decem cubitis quædam extrinsecus calaturæ, quasi duobus versibus alvum maris circuibant: boves autem erant fusiles.

4. Et ipsum mare super duodecim boves impositum erat, quorum tres respiciebant ad aquilonem, et alii tres ad occidentem; porro tres alii meridiem, et tres qui reliqui erant, orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erant intrinsecus sub mari.

5. Porro vastitas ejus habebat mensuram palmi, et labium illius erat quasi la-

mus. Velum templi denique à summo usque deorsum scissum est obvenite Christo. Sed ambigitur, utrum ad velamen Sancti vel Sanctuarii hæc referenda sint, id quod examiniarius Math. 27, 51.

INTEXTUR ET CHERUBIM; miras nempe imagines, et ænigmatas, quibus simile nihil in rerum naturâ.

VERS. 15. — DUAS COLUMNAS, QUÆ TRIGINTA ET QUINQUE CUBITOS HABEBANT ALTITUDINIS. Singulis hisce columnis nonnisi duodeviginti cubitorum altitudinis in libris Regum tribuitur: faciliè autem cubiti duodeviginti positi sunt pro decem et septem, ac dimidio. Ambe simul columnæ implebant cubitos quinque et triginta; quibus si addas cubitum epistylia, habebis mensuram cubitorum sex et triginta. Vide dicta ibi in Commentario.

VERS. 16. — NECNON ET QUASI CATENULAS IN ORACULO. Narratum est supra, v. 5, Salomonis jussu ornatum esse ambitum Sancti et Sanctuarii sculpturis palmarum et catenularum plexu. Tria ornamenta epistylis columnarum adject. Porro ornamenta hæc fuscè explicantur in 5 Reg. 7, 45; sed nihil ibi de catenulis Sanctuarii. Illarum usum definit Josephus ad colligandos asses cedrinis, quibus parietes Sancti et Sanctuarii undique vestiebantur.

## CHAPITRE IV.

1. Salomon fit aussi un autel d'airain de vingt coudées de long, de vingt de large, et de dix de haut;

2. Et une mer de fonte, qui avoit dix coudées d'un bord à l'autre, et qui étoit toute ronde; elle avoit cinq coudées de haut; et un cordon de trente coudées entourait sa circonférence.

3. Au-dessous de cette mer, il y avoit des figures de bœufs; et elle étoit environnée au dehors de deux rangs de sculptures, dix dans l'espace de chaque coudée. Or, ces bœufs avoient été jetés en fonte.

4. Cette mer étoit posée sur douze bœufs, dont trois regardoient le septentrion, trois l'occident, et les trois autres l'orient, tous portant cette mer; et le derrière du corps de ces bœufs étoit caché sous cette mer.

5. L'épaisseur de ce vaisseau étoit d'une palme, et son bord étoit comme celui d'une



bium calcietis, vel repandi filii : capiebatque tria millia metretas.

6. Fecit quoque conchas decem; et posuit quinque à dextris, et quinque à sinistris, ut lavarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant; porrò in mari sacerdotes lavabantur.

7. Fecit autem et candelabra aurea decem, secundùm speciem quâ jussa erant fieri; et posuit ea in templo, quinque à dextris, et quinque à sinistris.

8. Neenon et mensas decem; et posuit eas in templo, quinque à dextris, et quinque à sinistris: phalas quoque aureas centum.

9. Fecit etiam atrium sacerdotum, et basilicam grandem; et ostia in basilicâ, quæ textit ære.

10. Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem.

11. Fecit autem Hiram lebetes, et creagras, et phialas; et complevit omne opus regis in domo Dei:

12. Hoc est, columnas duas, et epistylia, et capita, et quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia;

13. Malo-granata quoque quadringenta, et retiacula duo, ita ut bini ordines malo-granatorum singulis retiaculis jungerentur, quæ protegerent epistylia, et capita columnarum.

14. Bases etiam fecit, et conchas, quas superposuit basibus:

15. Mare unum, boves quoque duodecim sub mari,

16. Et lebetes et creagras, et phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater ejus in domo Domini ex ære mundissimo.

17. In regione Jordanis fudit æx rex in argillosâ terrâ, inter Socoth et Saredatha.

18. Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita ut ignoraretur pondus æris.

19. Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei, et altare aureum, et mensas, et super eas panes propositionis.

20. Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculam juxta ritum, ex auro purissimo:

coupe, ou comme la feuille d'un lis ouvert; et il contenait trois mille mesures.

6. Il fit aussi dix bassins; et il en mit cinq à droite et cinq à gauche, pour y laver tout ce qui devait être offert en holocauste; mais les prêtres se lavaient dans cette mer.

7. Il fit encore dix chandeliers d'or, selon la forme en laquelle il avait été ordonné qu'on les fit, et il les mit dans le temple, cinq d'un côté et cinq de l'autre.

8. Il fit aussi dix tables, et les mit dans le temple, cinq à droite et cinq à gauche; et cent fioles d'or.

9. Il fit aussi le parvis des prêtres, et une grande basilique, où il y avait des portes qui étaient couvertes d'airain.

10. Il mit la mer au côté droit du temple, vis-à-vis l'orient, vers le midi.

11. Hiram fit aussi des chaudières, des fourchettes et des fioles; et il acheva tout l'ouvrage que le roi avait entrepris de faire dans le temple de Dieu;

12. C'est-à-dire, les deux colonnes, leurs épistyles, leurs chapiteaux, avec une espèce de rets qui couvraient les chapiteaux par-dessus les épistyles.

13. Il fit encore quatre cents grenades et deux rets; de sorte qu'il y avait deux rangs de ces grenades jointes à chacun des rets, lesquels couvraient les épistyles et les chapiteaux des colonnes.

14. Il fit aussi des socles, et des bassins qu'il mit dessus,

15. Une mer et douze bœufs qui la soutenaient,

16. Les chaudières, les fourchettes et les fioles. Enfin Hiram fit à Salomon son père toutes sortes de vases pour la maison du Seigneur de l'airain le plus pur.

17. Le roi les fit jeter en fonte dans de la terre d'argile, en une plaine du Jourdain, entre Socoth et Saredatha.

18. La multitude de ces vases était innombrable, et l'on ne put savoir le poids de l'airain.

19. Ainsi Salomon fit tous les vaisseaux du temple du Seigneur avec l'airain d'or, et les tables sur lesquelles on mettait les pains de proposition.

20. Il fit encore d'un or très-pur les chandeliers avec leurs lampes, pour les faire brûler devant l'oracle, selon la coutume.

21. Et florentia quædam, et lucernas, et forcipēs aureos: omnia de auro mundissimo facta sunt.

22. Thymateria quoque, et thuribula, et phialas, et mortariola ex auro purissimo. Et ostia cælavit templi interioris, id est, in Sancta sanctorum: et ostia templi forinsecus aurea. Siquæ completum est omne opus quod fecit Salomon in domo Domini.

## COMMENTARIUM.

VERS. 4. — FEGIT ALTARE ÆNEUM VIGINTI CUBITORUM LONGITUDINIS. Altare holocaustorum Mosaicum longè utique hoc Salomonico minus erat; habebat enim latitudinis cubitos quinque, altitudinis verò tres, Exod. 27, 1. Quod autem paravit Salomon, æneum erat et cævum, perinde ac Mosaicum; impletumque fuisse creditur rudi lapide, juxta Lyram et Menoch, vel aggestâ humo ex lege Exodi 20, 24: *Altare de terrâ facietis mihi... Quid si altare lapideum feceris mihi, non edificabis illud de sectis lapidibus.* Hæc tamen testimonia utique non probant, præceptum fuisse aliquod opplendi altare sive humo sive lapidibus; nullumque satis assertum documentum demonstrat, servatum id fuisse à Salomone. Post captivitatem, altare quidem è rudi lapide conditum fuisse constat (1); sed non æneum, uti de quo modò agimus. Duodetriginta cubitis undique porrigebatur, auctoribus Hebræis tract. Middoth c. 3, sect. 1. Ne quid autem deesset legi, votanti Exod. 20, 26, ne per gradus ad altare ascenderetur, via instrata erat sensim assurgens, teste Josepho lib. 6 de Bello c. 6, vel ex aliis, scala quædam septa pariete, ad medium hominis altitudinem. Vide dicta in Exodum. Altare post captivitatem quadrata erat moles, cubitorum quindecim, ejusdem mensuræ in latitudine, longitudine et altitudine; quâ in re differbat à Salomonico, ejus erat longitudo cubitorum viginti, latitudo totidem, altitudo verò decem non superabat. Mira est utique altaris hujus magnitudo, sed necessaria effiebat ingens ille victimarum numerus quibusdam anni solemnitatibus offerendus. (2)

(1) 1 Mach. 4, 44, 45, 46, 47: *Reposuerunt lapides (altaris contaminati) in monte domus, in loco opto, quoadusque veniret propheta, et responderet de eis, et acceperunt lapides integros secundum legem, et edificaverunt altare novum.*  
(2) VERS. 2. — FUNICULUS TRIGINTA CUBITORUM. Funiculum vocat circumum, sive peri-

21. Il fit aussi des fleurons, des lampes et des pincettes en or; toutes les choses furent faites d'or très-pur.

22. Les cassolettes, les encensoirs, les coupes, les mortiers étaient de même d'un or très-pur. Les portes du temple intérieur, c'est-à-dire, du Saint des saints, étaient toutes ciselées: et les portes extérieures du temple étaient d'or. Et ainsi Salomon acheva tous les ouvrages qu'il avait entrepris de faire pour la maison du Seigneur.

VERS. 5. — SIMILITUDO BOEM ERAT SUBTER ILLUD (1). In 3 lib. Reg. non boves sunt, sed poma, vel colocyinthides. Vide dicta in eundem locum.

ET DECEM CUBITIS QUEDAM EXTRINSECUS CELATURE QUASI DUBUS VERSIBUS ALVUM MARIS CIRCUEANT. Littera totius versiculi ita sonat in originali: *Imago boem subter illud circum circumdantium illud, decem in cubito ambientes mare circum.* Positi erant duplici ordine fusiles boves, ejusdem fusionis ac mare. Versiculus totus desideratur in Syriaco et Septuaginta. Maris ambitus triginta cubitos dimetebatur, et spatium singulorum cubitorum occupabat decem bova capita, ut totus ambitus vasis trecenta capita numeraret; et cum duo essent ordines æqualis magnitudinis, alter supra alterum, capita bovm erant sexcenta. Singulos cubitos unicum bovis caput habuisse, aiunt quidam; alii decem unicuique cubito assignant, ita tamen ut quinque essent in cubito superiori, quinque in cubito inferiori, è regione superioris. Vide nostrum Commentarium in tertium Regum 7, 23, 24.

VERS. 5. — CAPIEBAT TRIA MILLIA METRETAS. Textum hunc conciliare annisi suribus cum 3 Reg. 7, 23, ubi bis mille metretæ huic vasi assignantur.

pheriam maris enei, quæ erat 50 cubitorum, scilicet triplò major diametro ejusdem. (Corn. à Lap.)

(1) Quasi diceret: Præter duodecim boves æneos, quibus mare fusile incumbebat, erant in anteriore maris parte per spatium decem cubitorum (quæ erat tertia peripheria pars; tota enim erat triginta cubitorum) alia bovm capita eminentia ad elegantiam; fortè etiam ut per illa quasi epistomia aqua educeretur. Porrò hæc capita erant, *duobus versibus*, Hebr., *duobus ordibus* distincta; unus enim ordo erat infra labium, alter versus fundum. Erant que *fusilia*; Hebr., *fusa in fusuras eius*, scilicet maris; q. d.: hæc capita non erant forinsecus adjecta et appacta mari, sed cum ipso mari primitus fusorio opere fusa. (Corn. à Lap.)



VERS. 6. — UT LAVARENT IN EIS OMNIA QUÆ IN  
HOLocaustum oblaturi erant, Hebræus: *Fecit  
conchas ad lavandum in eis; opus holocausti im-  
pelabant in eas; et mare ad lavandum se sacer-  
dotibus in eo.* Igitur labia in usum lavandi  
victimas, et cætera omnia ad sacrificium ne-  
cessaria, cultros, pateras, scyphos, desti-  
nata erant; præterea partes victimarum pro  
peccato, et hostias pacificas; denique totum  
opus sacrificii, quicquid sacrificio serviebat.  
Mare verò æneum servabatur unice usibus  
sacerdotum; lavabant totum corpus, lavabant  
interdum pedes, manusque, cum res posce-  
ret; non quidem totos se mari immergentes,  
sed haustam aquam conalculis excipientes in  
vasa vel conchas. Maluit Chaldaeus, mare illud  
destinatum fuisse usibus sacerdotum, quod  
autem Beseleel paravit in deserto, uni summo  
sacerdoti usui fuisse.

VERS. 8. — PHIALAS CENTUM. Hebræa vox si-  
gnificat pateras, seu vasa ad libationes.

VERS. 9. — ATRIUM SACERDOTUM, ET BASTI-  
CAM GRANDIEM. Hebræus ad litteram: *Atrium  
sacerdotum, et magnum Hazerah, et portas Ha-  
zerah.* Quæ postrema vox designat magnum  
templi atrium, quò populi cætos coibat. *Fecerat*  
Salomon basim æneam, et posuerat in  
medio basilicæ (Hazerah), ait Scriptura 2 Pa-  
ral. 16, 15. Porro regi locus erat destinatus in  
magno atrio populi. Duo Hazerah distin-  
guuntur Ezechiel 43, 44, majus scilicet et minus,  
quorum alterum inferius erat, superius alte-  
rum; interius unum, aliud exterius, ibid.  
45, 19. Igitur magnum atrium ipsum est atrium  
populi; minus, Levitarum: hoc atrium interius,  
illud exterius appellatur. Utriusque atrii fores  
erant aeneis laminis indute, ut hic docet  
Scriptura; et majorem portam in latere orien-  
tali constituit Ezechiel 45, 17. Syrus, Arabs,  
et Septuaginta inferiùs, 6, 15, Hebræum Ha-  
zerah (1) atrium interpretantur.

(1) Hebr. dicitur asara, id est, adjutorium,  
quia Deum sibi orans populus ejus auxilium  
sentiebat: in hujus divini adjutori excipitum,  
in eo Deus, quin et gentiles asyrium consti-  
tuerunt; et fortè ex aser asyrium, et inde asy-  
rium dictum est. Testis est Strabo, lib. 14, et  
Cicero, 5 in Verrem, Ephesi Dianæ templum  
id juris habuisse, ut ad illud confugientes  
mancia vinculis et servitute solverentur.  
Quin et Elian. lib 11 de Animal. 6, et Gyrald.  
syntag. 15 de Diis gentium, memorant in  
Parthenio monte delubrum fuisse Panis, ibi-  
que locum nomine Aulam omnibus animalibus  
fuisse velut asyrium, quem leones et lupi, dum  
feras insectabantur, adire non audebant, sed  
repenitè subsisterent feris relicti. Sicut ferunt  
in Dianæ Atole loco canes, dum feras inse-

VERS. 10. — MARE POSUIT IN LATERE DEXTERO  
CONTRA ORIENTEM AD MERIDIEM. Mare æneum  
ad lavam erat ingredientibus in templum,  
sed ad dexteram ipsi templo, ejus aditus  
orientem respiciebat. Littera textus obscure-  
sima est, nec explicari potest; nisi aliquid  
suppletur: *Et mare dedit ab humero dextro  
ad orientem, à regione ad meridiem.*

VERS. 11. — LEBETES, CEREAGIAS (fuscinulas),  
ET PHIALAS. Reddi potest Hebræus: *Lebetes (1),  
batillos focarios, pateras.*

VERS. 12. — COLUMNAS DUAS, EPYSTILIA, ET  
CAPITA, ET QUASI QUEDAM RETIACULA, QUÆ CA-  
PITA TEGERENT SUPER EPYSTILIA. Versio litteralis  
Hebræi ita sonat: *Fecit columnas duas, et  
orbis, et coronas super caput columnarum dua-  
rum, et retiacula duo ad operiendum duos orbis  
coronarum, quæ super caput columnarum.* Qui  
hic appellantur orbis coronarum, sunt orna-  
menta quædam columnarum coronas circùm  
ambientia, nuncupanturque in Regibus (1) *or-  
dines malgranatorum*, dispositi in formam  
torquis circùm coronas columnarum. Porro  
duplici erant ordine singulis capitibus colum-  
narum, et singulis ordinibus centum erant  
malgranata, juxta vers. 16 cap. præced., ex  
quibus columna quælibet habebat ducenta ex  
3 Reg. 7, 20, atque ambe simul quadringenta,  
ut in versiculo sequenti legitur.

VERS. 13. — (2) QUÆ TEGERENT EPYSTILIA ET  
CAPITA COLUMNARUM. Hebræus: *Ad operiendum  
duos orbis coronarum, qui erant ante columnas,  
vel qui erant super facies columnarum;* quod idem  
est ac illud superius: *Super capita columnarum.*

quuntur, ubi ad locum confugerint, ab insecta-  
tione quiescere. Quæ omnia, ait Villalpandus  
in Ezech. tom. 2, p. 202, demonis fig-  
menta, ad emulandam Deo open in templis  
sibi dieatis demonstratam exogitata sunt. Sic  
horbati, quasi à Deo terribi, templis abstinere-  
runt, ait S. August. lib. 4 Civit. Dei, cap. 2, 3,  
4, 6. (Corn. à Lap.)

(1) 3 Reg. 7, 48: *Duos ordines per circum-  
ventilorum... malgranatarum.* Vide et v. 20.  
(2) MALGRANATA QUÆ DANGUNT. Quomodo ergo  
cap. 5, v. 16, tantùm dixit centum malgrana-  
ta? Respondeo. Quaterni erant ordines mal-  
granatorum, hinc in singulis columnis. In quo-  
que ordine erant centum malgranata, vel, si  
præcisum vis numerum, nonaginta sex, ut di-  
citur Jerem. 52, v. 25. At 5 Reg. 7, v. 20,  
dicuntur fuisse malgranatarum ducenti ordines  
in unoquoque capitulo. Respondeo: Per or-  
dines ibi intelliguntur areolæ vel annuli, reti-  
culato opere confecti, et ordine in orbem dis-  
positi, qui in singulis capitulis erant ferè du-  
centi, in quibus totidem pendeant malgrana-  
ta. (Tirinus.)

VERS. 16. — OMNIA VASA FECIT SALOMONI  
HIRAM PATER EJUS; HIRAM OPIFEX PERITISSIMUS;  
VEL EX NONNULLIS INTERPRETIBUS: *Hiram Abiu  
fecit Salomoni, etc.* Vide dicta superius, 2, 13.

VERS. 17. — IN ARGILLOSA TERRA, INTER SO-  
CHOT ET SAREATHA; VEL, UTI LEGITUR IN 3 REG.  
7, 46, inter Sochoth et Sarthan; qui posterior  
locus erat prope Bethan, 3 Reg. 4, 12. Pro in  
terrâ argillosâ, legit Hebræus, in densitatibus  
terræ, in formis cavis, ex argilla effictis.

VERS. 21. — FLORENTIA QUEDAM, ET LUCERNAS.

## CAPUT V.

1. Intulit igitur Salomon omnia quæ  
voverat David pater suus: argentum et  
aurum, et universa vasa posuit in thesau-  
ris domus Dei.

2. Post quæ congregavit majores natu  
Israel et cunctos principes tribuum, et  
capita familiarum de filiis Israel in Jeru-  
salem, ut adducerent arcam fœderis Do-  
mini de civitate David, quæ est Sion.

3. Venerunt itaque ad regem omnes  
viri Israel in die solemnis mensis septimi.

4. Cùmque venissent cuncti seniorum  
Israel, portaverunt levitæ arcam,

5. Et intulerunt eam, et omnem para-  
turam tabernaculi. Porro vasa sanctuarii  
quæ erant in tabernaculo, portaverunt  
sacerdotes cum levitis.

6. Rex autem Salomon, et universus  
cætus Israel, et omnes qui fuerunt con-  
gregati ante arcam, immolabant arietes  
et boves absque ullo numero: tanta enim  
erat multitudo victimarum.

7. Et intulerunt sacerdotes arcam fœ-  
deris Domini in locum suum, id est, ad  
oraculum templi, in Sancta sanctorum  
subter alas cherubim:

8. Ita ut cherubim expanderent alas  
suas super locum in quo posita erat arca,  
et ipsam arcam tegerent cum vectibus  
suis.

9. Vectium autem, quibus portabatur  
arca, quia paululum longiores erant, ca-  
pita parebant ante oraculum; si verò quis  
paululum fuisset extrinsecus, eos videre  
non poterat. Fuit itaque arca ibi usque  
in præsentem diem.

10. Nihilque erat aliud in arcâ, nisi duæ  
tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb,

Indicat faciliè vasa illa lampadum, quæ oleum  
continebant, expansa instar floris. Septuaginta  
vertunt: *Et annula earum, et lucernæ.* Redden-  
dum ego maluerim: Et stilum candelabri in-  
star plantæ quæ flores gerit; stilum, inquam,  
aureum fuisse perinde ac lampades, et reliqua  
omnia. Eadem descriptionem iisdem vocibus  
lego in 5 Regum 7, 49.

VERS. 22. — THYMIATERIA ET THURIBULA. Vide  
3 Reg. 7, 50.

## CHAPITRE V.

1. Salomon fit donc apporter dans le temple  
tout ce que David son père y avait voué, et mit  
l'or, l'argent et tous les vases dans les tré-  
sors de la maison de Dieu.

2. Après cela, il assembla à Jérusalem tous  
les anciens d'Israël, tous les princes des tri-  
bus et les chefs des familles des enfants d'Is-  
raël, pour transporter l'arche de l'alliance du  
Seigneur de la ville de David, c'est-à-dire, de  
Sion.

3. Ainsi tout Israël se rendit auprès du roi  
le jour solennel du septième mois.

4. Et tous les anciens d'Israël étant venus,  
les lévites prirent l'arche,

5. Et la portèrent dans le temple, avec  
toutes les dépendances du tabernacle. Or,  
les prêtres et les lévites portèrent tous les  
vases du sanctuaire qui étaient dans le taber-  
nacle.

6. Le roi Salomon et tout le peuple d'Israël,  
et généralement tous ceux qui s'étaient as-  
semblés, marchaient devant l'arche; et ils  
immolèrent des moutons et des bœufs sans  
nombre, tant était grande la multitude des  
victimes.

7. Les prêtres portèrent l'arche de l'al-  
liance du Seigneur au lieu qui lui avait été  
destiné, c'est-à-dire, dans l'oracle du temple,  
dans le Saint des saints, sous les ailes des  
cherubins;

8. De sorte que les cherubins étendaient  
leurs ailes sur le lieu où l'arche avait été  
mise, et la couvraient tout entière avec ses  
bâtons.

9. Et parce que ces bâtons avec lesquels on  
portait l'arche étaient un peu longs, on en  
voyait l'extrémité devant le sanctuaire; mais  
si l'on était un peu dehors, on ne pouvait plus  
les voir. Et l'arche a toujours été là jusqu'à  
présent.

10. Il n'y avait dans l'arche que les deux  
tables de pierre, qui y furent mises par Moïse, à